

de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione verae sempiternaeque Deitatis, et in personis proprietates et in essentia unitas, et in maiestate adoretur aequalitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie una voce dicentes: Sanctus.

### Communio

Revelabitur gloria Domini: et videbit omnis caro salutem Dei nostri. (Isa 40:5)

1. Domini est terra, et plenitudo ejus, orbis terrarum, et qui habitant in eo.
2. Quia ipse super maria fundavit eum et super flumina firmavit eum.
3. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus?
4. Innocens manibus et mundo corde, qui non levavit ad vana animam suam nec juravit in dolum.

### Postcommunio

Da nobis, quæsumus, Domine: unigeniti Filii tui recensita natiuitate respirare; cuius coelesti mysterio pascimur et potamur.



Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubimai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

### KOMUNIJA

Apsireikš Viešpaties garbė ir visi matys jo išganymą. (Iz 40:5)

1. Žemė ir visa, kas joje, yra Viešpaties, – pasaulis ir visi jo gyventojai.
2. Nes jis pastatė jį ant gilių vandenų ir įtvirtino virš požeminių upių.
3. Kas gali kopti į Viešpaties kalną? Kas gali įeiti į jo šventąją buveinę?
4. Tas, kurio rankos nekaltos ir širdis tyra, kuris netrokšta to, kas tuščia, ir nepriesiekinėja apgaulingai artimui.

### POSTKOMUNIJA

Leisk mums, Viešpatie, pasisemti naujų jėgų iš tavo Sūnaus gimimo šventės, kurio dangiškomis kūno ir Kraujo paslaptimis mus maitini ir girdai.

## Proprium Missæ In Vigilia Natiuitatis Domini VIEŠPATIES GIMIMO VIGILIJA (KŪČIOS)



### Introitus

Hodie sciētis, quia veniet Dominus et salvabit nos: et mane videbitis gloriam eius.

Ps. Domini est terra, et plenitudo eius: orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo. (Exod 16:6; 16:7; Ps 23:1)

### Collecta

Deus, qui nos redemptionis nostræ annua expectatione lætificas: præsta; ut Unigenitum tuum, quem Redemptorem læti suscipimus, venientem quoque Iudicem securi videamus, Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum.

### INTROITAS

Šiandien žinosite, kad Viešpats ateis ir mus išgelbės. Rytoj matysite jo garbę.

Ps. Viešpaties yra žemė ir visi jos turtai, pasaulis ir visa, kas jame gyvena. (Iš 16:6; 16:7; Ps 23:1)

### KOLEKTA

Dieve, tu mus kasmet džiugini išganymo viltimi. Leisk mums į tavo vienatinį Sūnų, kurį džiaugsmingai priimame kaip Atpirkėją, žvelgti be baimės, kai ateis kaip Teisėjas, mūsų Viešpats Jėzus Kristus, tavo Sūnus.

## Epístola

*Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános (Rom 1:1-6)*

**Paulus, servus Iesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in Evangélium Dei, quod ante promiserat per Prophétas suos in Scriptúris sanctis de Fílio suo, qui factus est ei ex sémine David secúndum carnem: qui prædestinátus est Fílius Dei in virtúte secúndum spíritum sanctificatiónis ex resurrectione mortuórum Iesu Christi, Dómini nostri: per quem accépmus grátiam, et apostolátum ad oboediéndum fidei in ómnibus géntibus pro nómine eius, in quibus estis et vos vocáti Iesu Christi, Dómini nostri.**

## Graduale

**Hódie sciétis, quia véniet Dóminus et salvábit nos: et mane vidébitis glóriam eius.**

*V. Qui regis Israël, inténde: qui dedúcis, velut ovem, Ioseph: qui sedes super Chérubim, appáre coram Ephraim, Béniamin, et Manásse. (Exod 16:6; 16:7; Ps 79:2-3)*

*Aleliuja giedama tik tuo atveju, jei Kūčios išpuola sekmadienį.*

## Alleluia

**Alleluia, alleluia.**

**V. Crastina die delebitur iniquitas terrae: et regnabit super nos Salvator mundi. Alleluia.**

## EPISTOLĒ

*Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Romiečiams (Rom 1:1-6)*

Paulius, Jėzaus Kristaus tarnas, pašauktasis apaštalas, išskirtas [skelbti] gerąją Dievo naujieną, kurią Dievas buvo iš anksto pažadėjęs per savo pranašus šventuosiuose Raštuose. O ji kalba apie jo Sūnų, kūnu kilusį iš Dovydo giminės, šventumo Dvasia per prisikėlimą iš numirusių pristatytą galingu Dievo Sūnumi, – Jėzų Kristų, mūsų Viešpatį. Per jį esame gavę malonę ir apaštalo tarnystę, kad jo garbei skleistume tikėjimo klusnumą visose pagonių tautose. Kartu ir jūs esate Jėzaus Kristaus pašaukti.

## GRADUALAS

Šiandien žinosite, kad Viešpats ateis ir mus išgelbės. Rytoj matysite jo garbę.

*V. Klausykis Izraelio ganytojau, Juozapo giminės valdytojau. Tu, kuris sėdi virš cherubinių, pasirodyk prieš Efraimą, Benjaminą ir Manasę. (Iš 16:6; 16:7; Ps 79:2-3)*

## ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

*V. Rytoj bus sunaikintos pasaulio nedorybės ir mus valdys pasaulio išganytojas. Aleliuja.*

## Evangélium

*Initium sancti Evangélii secúndum Matthæum (Matt 1:18-21)*

**Cum esset desponsáta Mater Iesu Maria Ioseph, ántequam convenirent, inventa est in útero habens de Spiritu Sancto. Ioseph autem, vir eius, cum esset iustus et nollet eam tradúcere, vóluit occúlte dimíttere eam. Hæc autem eo cogitánte, ecce, Angelus Dómini appáruit in somnis ei, dicens: Ioseph, fili David, noli timére accíperere Mariám cóniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spíritu Sancto est. Páriet autem filium, et vocábis nomen eius Iesum: ipse enim salvum fáciat pópulum suum a peccátis eórum.**

## Offertorium

**Tóllite portas, principes, vestras: et elevámini, portæ æternáles, et introíbit Rex glóriæ. (Ps 23:7)**

## Secreta

**Da nobis, quæsumus, omnípotens Deus: ut, sicut adoránda Fílii tui natalítia prævenimus, sic eius múnera capiámus sempitérna gaudéntes.**

## Præfatio de ss. Trinitate

**Vere dignum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Fílio tuo et Spiritu Sancto unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc**

## EVANGELIJA

*Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Mt 1:18-21)*

Jėzaus motina Marija buvo susižadėjusi su Juozapu; dar nepradėjus jiems kartu gyventi, Šventosios Dvasios veikimu ji tapo nėščia. Jos vyras Juozapas, būdamas teišus ir nenorėdamas daryti jai nešlovės, sumanė tylomis ją atleisti. Kai jis nusprendė taip padaryti, per sapną pasirodė jam Viešpaties angelas ir tarė: „Juozapai, Dovydo sūnau, nebijok parsivesti į namus savo žmonos Marijos, nes jos vaisius yra iš Šventosios Dvasios. Ji pagimdys sūnų, kuriam tu duosi Jėzaus vardą, nes jis išgelbės savo tautą iš nuodėmių“

## OFERTORIUMAS

Atsiverkite, didieji vartai, atsidarykite, nedylančios durys, kad įeitų garbės Karalius. (Ps 23:7)

## SEKRETA

Viagalys Dieve, leisk mums, švenčiantiems garbingojo tavo Sūnaus gimimo išvakarės, būti taip pat jo amžinųjų dovanų dalininkais.

## ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai